

vicinas esse, quibus describendis, si quis ab illustribus viri-  
dibus destinetur qui id inter parietes meos exequatur,  
fiet ei et loci et voluminum, quae collegi, copia, quantum  
valent. Vale vir summe et amicissime, nec unquam  
desine me amare; non desinas certe si satis noneris  
quanti apud tuum totum.  
Haga. prid. Cal. Sept: CIOICLXXX.

De colligendis et vulgandis  
Magni Parentis tui Epistolis  
nunquam cogitabis (P. R. E. T. T. A.)?

Ecce quas expectas Fabricii epistolas illiterata manu  
descriptas, mea emendatas. Utor valetudine non  
optima. Post meridiem graues aurium tinnitus  
vel quasi tonitrua patior, quibus circa vesperam  
obsundesco. Ab aliquot septimanis hoc saevum  
volvō, et quidem contra luctus medicarum ope  
et operā, sed nullo hactenus profectu. Tu melius  
vale, mi amice et me ama. Haga IX. Sept. CIOICLXXX.  
quinto à natali meo LXXXIV. Tuus totus.

Francisco

Acroamati tuo, Franci Clarissimo, quod valde vellem  
interesse nunc non potero. Tu, quae tua est humanitas  
facile ignoveris seni nonagenario, et ne sic quidem otioso.  
Sed sum usque saxum volubanti. Proinde quam primum  
luci publicae dabis, quod non dubito, quia facundissime reci-  
taturus sis, protinus me inter lectores tuos pollicor,  
et quidem avidissimum. Vale.

Inscripsi Catalogo  
Bibliothecae.  
2. Jul. 1686.

Suppletilem Librariam, sub serenissimis  
De Stirpe Nassaviâ Atravii Principibus.

GULIELMO I.  
PHILIPPO GULIELMO.  
FRE. HENRICO  
GULIELMO II.  
GULIELMO HENRICO.

uno atque altero propè saeculo, aggestam et promiscue  
repositam, variis è locis loculisque, quae debuit fidei  
quae potuit curā ac diligentia collegit, et has in ordines  
digessit

Constantinus Hugenus Eques, Gulickemii  
Zeelhemii de Toparcha. Consilio, Rationumque  
Principis hodie sub clementissimi S. HENRICI  
Praes. Anno servitii sui hanc in aula  
continui LX. Nonagesimus.  
CIOICLXXXVI.

Petro